

6352 L. Mammio Maximo¹ | Augustali | municipes et incolae | aere conlato.

Herculanei in theatro rep., tabula aenea, una cum statua aenea, est Neapoli in museo (X 4432 vidit Mommsen). — 1) Idem Herculaneni posuit titulos supra N. 123. 150. 177. 5581, item ut videtur X 4418.

6353 M. Claudio | Marcelli | Aesernini¹ lib. | Hymenaeo² | Augustali.
Herculaneni potius quam Pompeiis rep., est Neapoli (X 4488 vidit Mommsen). — 1) Cf. Tac. ann. 3, 41 et. alibi; supra N. 5925 (not. 3). — 2) Idem ut videtur in catalogo Herculanensi X 1403 fr. l I v. 3.

Alios titulos Herculanenses dedi N. 74^a. 250. 257. 271. 890. 896. 896^a. 896^b. 1989. 3649. 5527. 5578. 5584. 5616. 5637. 5637^a. 5637^b. 6043.

Colonia Pompeii.

Inscriptiones Pompeianas dedi iam supra N. 63. 64. 122. 224. 1990. 3180. 5207. 3640. 3641. 3785. 5004. 5055. 5198. 5335. 5332. 5398. 5398^a. 5338. 5602. 5619. 5627. 5656. 5658. 5658^a—5655^a. 5655^b. 5706. 5724. 5726. 5915. 5942, praeter parietarias, de quibus vide ad N. 6444.

6354 M. Porcius M. f.¹, L. Sextilius L. f., Cn. Cornelius Cn. f., | A. Cornelius A. f. IIIvir.² d. d. s. f. locar.³

Pompeiis ante templum Apollinis, ara ex lapide Tiburtino; inscriptio utrimque repetita (X 800 vidit Mommsen). — 1) Eiusdem nominis vir, sed incertum an idem, supra N. 5627. 5656 (eundem putat Nissen pomp. Stud. p. 227, diversum Mommsen ad C. I. L. X p. 844). — 2) Coloniae Pompeianae magistratus fuerunt duoviri et aediles; quattuorvirorum nomine hic videtur comprehendi utrumque par. Cf. Mommsen C. I. L. X p. 93^a. — 3) De decurionum sententia faciendum locarunt (in exemplo altero loc. pro locar.).

6355 . . . Cuspius T. f., M. Loreius M. f. | IIIvir.¹, L. Septimius L. f., | D. Claudius D. f. IIIvir.², ex | pecunia publica d. d. | s. f.³ curaverunt.

Scafati prope Pompeios (X 958 solus descr. saec. XVI Accursius). — 1) Quattuorviri, scilicet iure dicundo. Idem duoviri appellantur supra N. 5555. — 2) Quattuorviri, sc. aedilicia potestate. — 3) De decurionum sententia faciendum.

6356 L. Caesius C. f. d. v. i. d., | C. Occius M. f., | L. Niraemius A. f. | IIv.¹, | d. d. s. ex pec. publ. | fac. curar. prob. q.

Pompeiis rep., in thermis ut videtur, nunc Neapoli, saxa duo lapidis Tiburtini, eadem inscriptione inscripta (I 1250. X 819 Ritschl tab. LXXXIXE). — 1) Duoviri (aedilicia potestate ut videtur). Aetatis videtur esse Sullanae cf. Nissen pomp. Studien p. 132.

6357 Q. Tullius Q. f., | M. Cinnius M. f. | d. v. i. d.¹, | C. Mammius L. f., C. Naevius M. f. | d. v.² v. a. s. p. p.³ ex d. d. | Constat HS DCLXXIIS.

Pompeiis rep. in aede Apollinis, sed fortasse loco non suo, est Neapoli in